



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

Epistola IV. Alexandri Papae III. Ad Thomam Cantvariensem
Archiepiscopvm. Iura & priuilegia eius confirmat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

244 ALEXANDRI PAPÆ III.

lica venerandum vestra postulauit deuotio, & colendum; vniuersitatem vestram per apostolica scripta monemus & exhortamur in Domino, quatenus eum ita deinceps studeatis debitis obsequiis honorare, ut ipsius intercessiōnibus apud districtum iudicem mereamini veniam obtinere, & gloriosum in æterna beatitudine præmium inuenire. Datum Anagniæ septimo Idus Februarii.

EPISTOLA IV.

ALEXANDRI PAPÆ III.

AD THOMAM CANTVARIENSEM
ARCHIEPISCOPVM.

Iura & priuilegia eius confirmat.

Alexander papa Thomæ Cantuariensi archiepiscopo.

PRAEDECESSORVM nostrorum felicis memoriae Paschalis & Eugenii Romanorum pontificum vestigiis inharentes, tam tibi, quam tuis legitimis successoribus, Cantuariensis ecclesiæ primatum ita plene concedimus, sicut a Lanfranco & Anselmo aliisque ipsorum prædecessoribus constat fuisse possatum. Quidquid etiam dignitatis siue potestatis eidem sanctæ Cantuariensi ecclesiæ pertinere dignoscitur, præsentis scripti pagina confirmamus, sicut a temporibus beati Augustini prædecessores tuos habuisse apostolicæ sedis auctoritate constat.

EPISTOLA V.

ALEXANDRI PAPÆ III.

AD EVMDEM.

Contra regis persecutionem inchoatam illum confirmat; & simul admonet, ne quid contrarium libertati ecclesiastice regi indulget.

Alexander papa Thomæ Cantuariensi archiepiscopo.

LITERAS, quas nobis tua fraternitas destinauit, & ea quæ nuntius tuus viua voce proposuit, attenta diligentia audiuiimus, & graues anxietates & amaritudines, quibus animus tuus assidue affligitur, plenius attendimus. Vnde his auditis & cognitis, spiritus noster commotus est,